

Urkethich Matyas  
Königstria'bi'l



Erkel

D E

18.

# ORIGINE CIVITATIS.

DISSE RUIT

MATTHIAS VUCHETICH,

J. U. D. ET IN SCIENTIARUM ACADEMIA CAS-  
SOVIENSI, JURIS NATURAЕ, PUBLICI UNIVER-  
SALIS ET GENTIUM, PROFESSOR PUBLICUS  
ORDINARIUS, REGIUS. NEC NON FA-  
CULTATIS JURID. SENIOR.



CASSOVIAE 1802,

TYPIS ET SUMPTIBUS

F R A N C I S C I L A N D E R E R


DE FÜSKÜT

ÁLL. POLGÁRI 18K. TANÁRKÉPZŐ FŐISKOL.  
TÖRTÉNELMI TANSZÉKE.

Lelt.



89

Oszop. 82.



So beliebt die historische Methode in unsren Seiten seyn mag, weil sie gelehrt scheint, und die Neubegierde wiewohl selten befriedigt, doch immer erregt: so ist sie doch in Wissenschaften worinn es auf Grundsäze ankommt, völlig unbrauchbar.

Eberhard, über Staatsverfassungen S. 32.



---

## LECTORI.

Systema Anti - Philosophicum de  
Origine Civitatis Authore Joanne  
Adamj, AA. LL. et Philosophiae  
Doctore, Historiae Statuum et  
Statisticae emerito Professore Aca-  
demiae Regiae Posonienlis. 1801  
*Primum editum, tum ob gravitatem  
argumenti quod tractat, quam ob mi-  
ram argumentorum vim atque copiam,  
Juris Publici Interpretum attentione,  
discusioneque dignum est. Inpugnat  
illud placita Philosophica de origine  
et fine civitatis, tum fundamentum ju-  
rium et obligationum socialium civi-  
lium: omnemque ratiocinationem de  
origine et fine civitatis gratioſo quidem*

A 2 inge-

— ○ —

*ingenio excoctam, sed parum adhuc  
solide digestam, et minus firmiter de-  
monstratam esse contendit. An recte,  
vel minus? operaे pretium est dis-  
quirere.*

*Legi illud attente, et relegi fre-  
quentius. Sub decursu lectionis, plu-  
rimae reflexiones se se mihi sponte,  
nec volenti obtrusserunt, quae cum fre-  
quentius, et majori numero recurre-  
rent, constitui easdem in ordinem sy-  
stematicum redigere, redactasque pu-  
blici juris facere. Sicque praesens Dis-  
sertatio de origine civitatis sua coepit  
exordia.*

*Etsi in Clar. Viro Adamo Bre-  
zanoczy, Academiae Reg. Poson.  
Jur. Nat. Publ. Univ. et Gent. Pro-  
fessore P. O. Clar. Author potentem  
Adversarium nactus sit, a) nihilomi-  
nus cum literariae lites interesse suo  
nunquam destituantur, quin potius Le-  
ctorem delectent; detegendisque veri-  
tatis amplam praebent occasionem,  
si non tam disputandi, quam potius  
scien-*

a) *Edidit Brezanoczius vindicias systematis Philoso-  
phici, contra et adversus sistema Anti-Philosophi-  
cum etc. Posonii 1801.*

— o —

*sciendi animo suscipiatur disceptatio,  
ideo neminem futurum existimo, qui  
praesentem laborem improbet, redar-  
guat, aut prorsus spernat, sed po-  
tius conatum meum, quantus quantus  
ille sit, aequi bonique consulet.*

*Clar. vero Author, cui gratitu-  
dinis officiis, qua meo condam Mode-  
ratori et Institutori obstrictus, et in-  
super amicitiae vinculis nexus sum,  
procul dubio veniam dabit, quod pla-  
cita Philosophica, pae Historicis ubi  
de principiis agitur sequi amem. Pro-  
pterea gratitudinis et amicitiae offi-  
cia semper, omniue tempore illibate  
servaturus*

*In brevi hac Dissertatione ita ver-  
satus sum: statui I. de Origine, Fi-  
ne, et Fundamento Civitatis ex men-  
te Juris Publici Universalis Doctorum  
differere, tum II. dubia Authoris Sy-  
stematis Anti-Philosophici referre, il-  
lisqe respondere, denique III. exami-  
nare quantum Systema Patriarchale  
in deductione jurium et obligationum  
socialium civilium vi sua praestet.*

*Ceterum nihil novi in hac elucu-  
bratione quaeras Lector Benevole, il-  
lis*

— ○ —  
*lis enim quae a viris lectione, eruditione, et aetate longe clarioribus, ante me dicta, et inventa sunt, meliora excogitare non potui. Sed ea quae audivi, legi, didici, unde unde hausi, retentis plerumque verbis clarissimorum Authorum, in rem meam converti.*

*Si illum quem intendi scopum asecutus fuero, plurimorum gratiam, me initurum spero, impensique laboris, nunquam poenitebit. Sin secus evenerit, verbis Quintilliani me excusabo, solabor: Fructum studiorum viridem, et dulcem promi decet, dum et venia, et spes est, paratus favor, et audere non dedecet, et si quid desit operi, supplet aetas, et si quae sunt juveniliter dicta pro indole accipientur. Fave, vale.*

*Scribebam Caffoviae, Mensa.  
Majo 1802,*

CON.

---

# C O N S P E C T U S

## DISSERTATIONIS.

---

### I.

*De Origine, Fine, et Fundamento Civitatis.*

- §. 1. Notio Civitatis.
- §. 2. Ab Authore Syſt. Anti-Philosophici inadequatae definitur.
- §. 3. Origo Civitatis ex mente Juris Publici Interpretum,
- §. 4. Deducitur.
- §. 5. Tum finis Civitatis,
- §. 6. et modus quo Societates Civiles constituuntur declaratur.
- §. 7. Fundamentum jurium et obligationum Civilium.
- §. 8. Comoda et incomoda Civitatis.

### II.

*Dubia Authoris Systematis Anti-Philosophiae de Origine Civitatis referuntur.*

- §. 9. Referuntur,
- §. 10. Argumenta,
- §. 11. Quibus,
- §. 12. Respondetur.

### III.

— O —  
III.

*Sytema Patriarchale Examini subjicitur.*

- §. 13. *Origo Civitatis ex mente Clar. Authoris,*
  - §. 14. *Placita Philosophica de Origine Civitatis non la-  
befactat.*
  - §. 15. *Ex illa jura Majestatica explicari posse,*
  - §. 16. *Omnino falsum est.*
  - §. 17. *Nonnihil de inventoribus Systematis Philo-  
phici.*
-

# I.

## *De Origine, Fine, et Fundamento Civitatis.*

### §. 1.

#### *Notio Civitatis.*

Solemne est Interpretibus in pertractatione Juris Publibi Universalis de Origine, Fine, et Fundamento Civitatis differere: *Haec nosse plurimum inter est, quo earum societatum fines, ex finibus leges et obligationes dignoscantur.* a) Naturale proinde est quaerere: Quid Civitas? Quae Origo? Quis finis Civitatis? Quod Fundamentum Jurium et obligationum socialium civilium? Omnes has quaestiones prius paucis enucleandas esse duxi, ut melius natura objecti controversi, de quo litigium Philosophos inter, et Historicos intercedit intelligatur.

Quid

Quid Civitas? Coetus hominum sui juris sub eodem communi imperio securitatis fruendae causa colligatus, *Societas Civilis*, *Civitas* ab Interpretibus definitur. b) Socii magnae hujus Societatis nuncupantur *Cives*, suntque alii *Imperantes*, *Parentes* alii. Ex unione plurium hominum ad communem quempiam finem obtinendum oritur societas. Etiam *Civitas* gaudet omnibus attributis societatis. Ad sunt in omni Civitate plures homines liberi et independentes ad communem finem nempe securitatem obtinendam uniti, et ideo civitas nominatur *Societas*. Ad finem societatis obtinendum instructus est Imperans *Civitatis* summo imperio coactivo, est proinde societas *perfecta* et *inaequalis*. Limites imperii per finem societatis sunt determinati, hoc respectu est *limitata*. Ex nexu sociali civili nova oriuntur jura et obligations, est igitur una *persona moralis*, unum *corpus politicum*. Et quatenus relate ad obtinendum finem societatis unitas virium et voluntatum reperitur, eattenus est unum *totum*. Relate ad extraneos est *independens*, et in tantum gaudet libertate naturali. Denique *perpetua* et *immortalis*. Pronum est ex his colligere diserre civitatem ab omnibus reliquis minoribus inaequalibus societatibus hypotheticis uti: parentali, herili, domestica, anarchia, tum a societate politica Nomadum. Quod ultim-

— O —  
 ultimum egregie explicitum dedit Schmalz. Erklärung der Rechte des Menschen und des Bürgers Nro. 21 S. 133.

a) Martini Posit. de Jur. Civ. §. 4.

b) §. 9. Etiam recentioris aetatis Interpretum de Civitatis notione proditaæ sententiae, licet verbis discrepant, re tamen cum nostra conspirant. Exemplo sint sequentes: Tafinger Lehrsäße des Naturrechts §. 197. Der Staat ist solchem nach die Vereinigung einer grösseren Anzahl freyer Menschen zum Allgemeinen der Sittlichkeit angemessenen, und unter der Bedingung des öffentlichen Rechts zu erreichenden Wohl des Ganzen unter eine höchste Gewalt. Jakob philosophische Rechtslehre §. 160. Wenn nun mehrere Familien, welche einen gewissen Sitz Landes eigenthümlich besitzen und bewohnen, eine an keine bestimmte Zeit gebundene, oder ewige Gesellschaft errichten, deren Zweck ist, alle Rechte, die jemand innerhalb ihres Bezirks hat, nach Rechtsgesetzen gegen alle Angriffe möglichst zu schützen, und deren Ausübung möglichst zu erleichtern: so heißt diese Gesellschaft ein Staat. Euhle Lehrbuch des Naturrechts §. 321. Ein Staat ist demnach eine Gesellschaft von Menschen, die sich zur möglichen Realisirung aller erlaubten Zwecke, und deswegen zum Gebrauche ihrer Kräfte, um jenen Zweck nothigenfalls durch Zwang

Zwang zu sichern, vereinigt hat. Hierin liegt das Karakteristische einer Gesellschaft als Staats.

## §. 2.

*Ab Authore Syst. Anti-Philosophici inadequatae definitur.*

Ad comprobanda placita Historica de Origine Civitatis, placuit Clar. Authori supra traditae notioni civitatis, aliam substituere. Est inquit §. 9. *Civitas secundum suum totum complexum considerata; coetus hominum sub certo Imperio collectorum, per quod negotia domestica et externa, pacifica, et strepera, cum plena autoritate proponi, disponi, terminari possint.* Existimat in hac definitione omnia contineri, quae in Systemate Philosophico proseruntur, nihilque in illa desiderari, quod essentiae Civitatis non consentiret. Quod ut evincat Abrahamum exempli loco ut imperantem Civitatis in sensu proprio proponit: *Praeerat quippe copiosis familiis cum potestate suprema, eadem ordinabat omnia necessaria, leges dictabat, bella gerebat, pacis tractatus inibat, foedera contrahebat. Quid amplius iuribus Imperantis adjici possit, prorsus non video. Quid multis? Abraham diserte Rex a Justino in Hist. Philip. L. 36 Nro. 2 et 3 nominatur.* Procul dubio nemo definitio-

nitionem Anthoris in dubium revocaret si quae-reretur: *Quid societas inaequalis generatim?* Sed dum quaeritur: *Quid Civitas?* ea profecto susti-neri non potest. Examinemus si lubet Authoris dogmata: Ex tradita notione Civitatis intelligo  
 1. in omni Civitate adesse debere coetum homi-num, 2. sub certo imperio collectorum, 3. ad negotia domestica et externa, pacifica et strepe-ra terminanda. An non haec omnia, de omni societate inaequali rectoria minori jure optimo praedicari possunt? Est etiam in societate Domesti-ca I. coetus hominum: pater, mater, filii fami-lias; servi eorumque liberi. Est II. certum impe-rium, imperium quippe domesticum, seu jus di-rigendi actiones filiorum et servorum, quod pe-nes ambos conjuges residet. Sed et III. in socie-tate domestica Rector domus negotia interna et externa, seu illa pacifica, seu strepera sint, pleno jure proponit, disponit, et terminat. Ubi est igitur ille essentialis Character per quem civitas a societate domestica seu familia disert? Diferre autem debet quemadmodum societas parentalis, herilis, a civitate differunt. Nisi quis omnes ideas et notiones rationis inter meras chimeras referre velit. Assignant illum Patroni Systematis Philo-sophici, unice positum esse in fine. Finis quippe societatis domesticae aliud esse nequit: *quam ut simplex*

— — ○ —

*simplex quaeviis societas omnium reliquarum finem magis promovere, et singularia onera mutuo auxilio sublevare teneatur.* Finis e contra civitatis est: *securitas jurium, et quidem omnium, non tantum connatorum, sed et hypotheticorum, quem finem unice civitas procurare potest.* a) Exemplum ab Abrahamo petitum prorsus nihil evincit: confundit Clar. Author manifeste jura imperii domestici, cum juribus imperii civilis. Erat Abraham rector familiae domesticae, imperans societatis Nomadicae, minime vero imperans civitatis. Attente legenti Genesis C. XII. etc. patebit Abrahamum fuisse peregrinum et hospitem in terra. Imperium, quo pollebat, unice in familiam sibi subjectam exercuisse, quae ex uxore et servis constabat. Uxor et servi non poterant esse partes et membra illius regni, imperium quippe tam *Dominicum*, quam *Despoticum* essentialiter quoad effectus ab *Imperio Monarchico* distincta sunt. Bella quae adversus sic dictos quinque Reges gessit, nihil aliud quam miram et singularem Dei providentiam, et omnipotentiam demonstrant, quam Abrahamus in omnibus suis vicissitudinibus peculiariter expertus est. Quod denique Justinus Abrahamum Regem nominet, quid tum? Legitur et Genesis C. IX. de Caino et aedificavit civitatem. An forte Londinensi similem? vel potius ca-

sam maceria, aut sepe viridi cinctam. Si Abraham Rex nominatur, qua quaeſo ratione evenerit ut, Loth e ſerie Regum exciderit? Sed et Iuſtino nullam adhibendam eſſe fidem in rebus geſtis Patriarcharum et Judaeorum dudum evicerunt Critici.

a) Ut penitus intelligatur quid inter statum ſocialem et ſtatuum civitatis diſcri- minis intercedat, juvabit ea, quae Tief- trunk, Phil. Unt. über das Privat- und öffentliche Recht pag. 41. tradidit huic trans- ferre. Nicht jeder geſellschaftliche Zustand iſſt ſchon ein bürgerlicher Zustand, ſondern nur derjenige geſellschaftliche Zustand iſt ein bür- gerlicher, welcher die Öffentlichkeit des Rechts, mithin die Sicherheit des Mein und Dein zum Endzwecke hat. Es können auch im Naturzugeſtand, wo noch keine öffent- liche Gerechtigkeit Statt findet, viel, und zwar rechtmäßige Geſellschaften errichtet wer- den, z. B. die Verbindung zwischen Mann und Weib; zwischen Altern und Kindern; zwischen Hausherrſchaft und Geſinde; zwis- chen Familien und Familien; zwischen Men- ſchen, die gemeinschaftlich die Jagd treiben, ihre Heerden weiden, ſich Höhlen graben, Hütten bauen, den Acker bearbeiten, Han- del treiben, u. s. w. Alle dergleichen zum gemeinschaftlichen Zwecke errichtete Verbin- dungen und Verträge, gehören zum Nature- zustan-

zustande, finden in ihm Statt, und verweilen in ihm, so lange sie keine Macht unter sich errichten, wodurch das Recht überhaupt, mithin auch das, was ihren, auf einem beliebigen Zweck gestellten, Vertrage nach recht ist, gesichert wird. Entsteht hierüber unter ihnen ein Streit, so kann er nicht durch einen rechtskräftigen Ausspruch beygelegt werden. Das Unterscheidende des Staats von jeder andern Gesellschaft kann nur im Prinzip der Stiftung selbst liegen, und da ihr Zweck kein anderer ist, als die Sicherheit des Rechts an sich, so hat der bürgerliche Vertrag das Eigenthümliche, daß seine Stiftung selbst Pflicht ist. Jede andere Verbindung hat ihren Zweck außer sich, z. B. eine Handlungsgesellschaft den Vortheil aus dem Verkehre, u. s. w. aber die Verbindung zur Obhut des Rechts hat ihren Zweck in sich selbst, u. s. w.

### §. 3.

*Origo Civitatis ex mente Juris Publici Interpretum.*

Quae **Origo Civitatis?** Duplex se nobis pandit via originem civitatis detegendi, una *Historica*, *Philosophica* altera. **Origo civitatis** quatenus res est facti medio Historiae innotescit, et pertinet ad cognitionem historicam. Cognitio *Philosophica* praescindendo a facto et experientia inquirit in

cau-

causas, quibus ad ineundam societatem civilem adductum esse hominem vero sit simile, seu quae ratio commoverit homines, ut pro aequalitate et libertate naturali imperia amplecterentur? Quae sequenda? Jus publicum universale exhibit naturalia jura et officia Imperantium et Subditorum ex idea civitatis profluentia. Via igitur historica, pro jure publico universali est *inutilis*. Omnis quippe cognitio ex *Historia* eruta est *positiva*, non vero naturalis. Cognoscuntur ex *Historia* adsummum origines et fines civitatum singularium, apta proinde ad deducenda jura hypothetica et particularia singularium civitatum, ast in deductione iurium et officiorum naturalium omnium civitatum minus idonea. Sed et *incerta* ob documentorum et monumentorum defectum Quis quaeso Historicorum hactenus vel unius civitatis singularis prima exordia apodictice in apricum produxit? Exemplo sint Historici Patriae nostrae, qui de Hungarorum origine adhucdum acriter disceptant. Est igitur primaeva origo civitatum, quatenus *res* est facti humanae menti inexplicabilis. a) Nihil proinde nobis aliud superest, quam ut ope rationis in causas inquiramus, quae permoverint homines, ut pro aequalitate naturali imperia amplecterentur, tum modum quo societas civiles constituuntur declaremus. Quod ipsum Exc. L. B.

a Martini in Posit. de Jur. Civ. §. 27. docte monuit: Est praeterea alius *finis operis*, propter quem agere debemus, alius *operantis* ob quem agimus, illum Philosophus, hunc Historicus considerat. b)

a) Fatetur id ipsum *Schlözerus Weltgeschichte* Einleitung §. 4. Menschen sind jünger wie die Erde, und aufbewahrte Geschichte ist jünger wie die Menschen, also scheint solche, von Anfang des Erdbodens und des Menschengeschlechtes, nichts erzählen zu können.

b) Cum Author Syst. Anti-Philosophici, placita L. B. a Martini, de Origine Civitatis tantopere impugnet et vellicet, hinc ejusdem methodum in deductione originis et finis civitatis me sequi oportuit, quae methodus scholae Volsiana est; apud nos in Hungaria jussu Regio inde a temporibus restauratarum scientiarum et artium in scholas publicas inducta, et jam civitate donata. Recentior Philosophia eandem plane sequitur licet verbis discrepet. Der Staat muß gestiftet werden. Die Frage ist also: Wie wird er gestiftet? Und diese löset sich in ein doppeltes Problem auf; erstlich: Welches sind die Principien a priori eines solchen Zustandes? Und zweytens: Wie wird er den Principien a priori gemäß unter Menschen auf- und ausgeführt? Das erste

erste Problem ist eine sittliche Aufgabe, Problema Morale; das zweyte eine Kunstaufgabe, Problema Technicum. Tieftrunk l. c.

### §. 4.

#### *D e d u c i t u r.*

Quid causae subversari potuit, ut homines pro aequalitate et libertate naturali imperia amplectentur? Finis quem Auctor sapientissimus Deus existentiae humanae praefixit est felicitas et cum hac juncta moralitas, ad fines hos consequendos instinctu naturali ferimur, urgemur, immo recta ratio officium imponit. Eadem porro recta ratio hominibus praecipit talem statum sequendi, in quo vera felicitate potiri, et finibus rerum creatarum convenienter vivere possint. Verum ulterior oritur quaestio: Quis est ille status qui felicitati hominum optime consulit, prospicit? Forsan status naturalis? *Habet status naturalis ut verbis Gribneri Princip. Jur. Nat. VI. §. II. loquar sua commoda, sed gravioribus idem molestiis premitur.* Dulce est nomen libertatis, sui esse arbitrii, neminem vitae factorumque suorum agnoscere judicem, sed haec ipsa libertas, dum improbis fraena laxat, in quaevis ruendi facinora, tot periculis calamitatibusque vitam fortunasque nostras exponit, ut satius sit, cum libertatis jactura securitatem cor-

*poris redimere. Studium proinde defensionis et vi-  
ae conservandae, quo nullus affectus homines urget  
vehementius, coagit eos vel cum libertatis jactura  
securitatem redimere, sicutque haec genuina causa  
constituendai civitates.*

*Not. I.* Per statum naturalem intelligimus hic loci: statum hominis extra civitatem, adeoque statum vacuum a legibus externis, in quo homines unice sui arbitrii, rationis, et libertatis dictamina sequi tenentur. Status iste non nuncupatur naturalis idēo quasi naturae humanae convenientissimus foret, sed quia statui artificiali, nempe: statui civitatis oponitur. Quemadmodum natura arti, ita status naturalis, statui civitatis oponitur. Haec idea status naturalis non est chimera uti nonnulli existimant; sufficiat nobis scire talem statum esse possibilem, cum per rectam rationem intelligi, et suo contrario nempe statui civitatis oponi possit. Confer Tieftrunk l. c. pag. 26.

*Not. II.* Cum jam ab ipso numine divino summā dictata sit Lex, ut homines perfectioni suae studeant, obligantur utique ad ineundas civitates tum perfecte, quatenus ad conservandam tuendamque perfectionem spectant, tum imperfecte quatenus eam augent. Hoc intuentes recte dicunt, qui civitatem in genere putant esse necessariam.

*Not.*

*Not. III.* Atque ita explicari potest doctrina eorum, qui Deum Auctorem faciunt civitatis. A Deo enim nobis tributa recta ratio est, et lex naturalis, quae orto conflictu officiorum civilem iussit inire societatem. Quo sensu piaeclarare observatum est a Cicerone, *nihil esse illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetusque hominum jure sociatos, quae Civitates appellantur.* Somn. Scip. C. III.

### §. 5.

#### *Tum Finis Civitatis.*

Et nunc iam intelligere licet, quis sit Finis Civitatis? Ultimus finis civitatis est *salus publica*, quae in procuranda securitate civium qualitatum, et augenda eorum felicitate consistit, sive conditio, in qua cives fruuntur omnibus quae vel intrinsecus, vel extrinsecus ullo modo facere possunt ad ipsorum perfectionem tum conservandam, tum augendam. Et quamquam homines in condenda civitate vel solum instinctum pro re nata secuti sunt, vel non nisi securitati externae potissimum studuerunt, nihilominus eos omnes utilitates, quas istiusmodi societatis fines amplecti possent, respexisse statuendum est.

*Not.*

*Not.* Atque ita conciliari possunt sententiae eorum, quorum aliqui finem civitatis unice negativum, alii converso et affirmativum esse contendunt.

## §. 6.

*Et Modus quo Societates Civiles constituuntur declaratur.*

Cognita causa et fine societatum civilium, reliquum est, ut una modum cognoscamus quo societates civiles constituuntur. Si condendam primum Rem publicam animo concipiamus, non aliter multitudinem dissolutam in civitatem coalescere posse facile perspicimus, quam si voluntatem unum corpus constituendi invicem declarent, ac qua ratione id deinceps gubernari debeat, tacite, vel expresse definiant. Civitas igitur per ipsam societatum omnium naturam non alia ratione quam pacto constituitur, ex quo mutuum jus atque mutua obligatio descendunt. Istiusmodi pactum civitatis fundamentale, *Lex Fundamentalis* dicitur, atque vel expresse vel tacite concludi intelligitur. Posterior adest ubiunque prius deficit, adeoque etiam civitates facto institutas, pacto initi recte contendimus. Est autem hoc primae constitutionis pactum triplex, scilicet unionis, subjectionis, ordinaria.

dinationis. *Pactum Unionis* est mutua promissio eorum, qui rempublicam ineunt, de confociatione salutis publicae causa. Obligantur ex hoc pacto singuli universis et universi singulis ad bonum publicum promovendum, et ad omittendum quicquid saluti publicae adversatur. *Pactum Subjectionis* est mutua civium promissio de actionibus liberis, quatenus ad unionem civilem attinent, subjiciendis imperio civili. Obligantur ex hoc pacto singuli universis ut amplectantur patienturque restrictionem libertatis naturalis ad obtainendum finem civitatis necessariam, obligantur vero etiam universi singulis ad evitandam quamcunque coactiōnem ad hunc finem non necessariam. *Pactum Ordinationis Civilis* est promissio mutua civium, se ratum habitaturos esse modum, quo salus publica promovenda sit. Obligantur hoc pacto ad unum omnes, ut ad civitatis usum ea praeципue media adhibeant, quorum adjuvante modo et forma singulari, facilius perveniri ad finem civitatis potest, et ut omittant quicquid est huic modo contrarium. Ex hoc pacto specialiori, civitas quaelibet formam suam specificam hançiscitur. Itaque ordinata civitas esse nequit, nisi determinetur modus specialis, quo finis generalis unionis civilis persequendus sit. Certo quidem modo existit etiam hoc pactum in ipso civitatis initio, sed quod tācite

cite tunc ut plurimum convenerat, tractu demum temporis curatus definitum est.

### §. 7.

#### *Fundamentum Jurium et Obligationum Civilium.*

Civitas ut quaelibet alia societas, non nisi consensu singulorum constituitur, aut expresso eorum, qui primi civitatem condunt vel conditae accedunt, aut tacito eorum, qui in condita civitate permanent. Unicum itaque fundamentum obligationis, qua civitatis membra adstringuntur vel jurium, quibus in civitate gaudent, est ipsorum consensus.

*Not. I.* Etiam tunc, si quis invitus cogatur, ut maneat in civitate; obligatur ex consensu antecedente in illud factum, cuius consecutarium est coactio, quam nunc subit.

*Not. II.* Omnes civitates sunt voluntarie ratione originis, nec quae sit necessaria, cogitari potest.

### §. 8.

#### *Commoda et Incommoda Civitatis.*

Ex unione virium in civitate, multa bona et *commoda* consequuntur cives, quibus *extra civitatem*

— O —

tatem vel plane carerent, vel multo minus fruerentur. Audiamus Hobbesium de Cive C. X. §. 1. hanc in rem vere et eleganter scribentem. *Extra statum civitatis unusquisque libertatem habet integrissimam quidem, sed infructuosum; propterea, quod qui propter libertatem suam omnia agit arbitrio suo, propter libertatem aliorum omnia patitur arbitrio alieno.* At civitate constituta, unusquisque civium tantum libertatis sibi retinet, quantum sufficit ad bene, et tranquille vivendum, tantum item aliis adimitur, ut non sint metuendi. *Extra civitatem unicuique ita jus est ad omnia, ut tamen nulla re frui possit.* In civitate vero unusquisque jure suo secure fruitur. Extra civitatem quilibet a quolibet spoliuri et occidi potest, in civitate ab uno tantum. a) Extra civitatem propriis tantum viribus protegimur; in civitate omnium. Extra civitatem fructus ab industria nemini certus: in civitate ab omnibus. Denique extra civitatem imperium affectuum, bellum, metus, paupertas, foeditas, solitudo, barbaries, ignorantia, feritas, in Civitate imperium rationis, pax, securitas, divitiae, ornatus, societas, elegantia, scientiae, benevolentia. Habet civitas etiam sua incommoda, quae vel in privatione juris illimitati singulorum, cui se quisque subjicit consistunt, vel talia sunt quae ex unione ipsa oriuntur, non aequae extra civitatem metuenda

enda Nimis vividus ejusmodi malorum sensus non nullos eosque praestantissimos homines impulit, ut statum naturalem statui civitatis praeferrent. Sed recte et integre judicanti videbuntur nimis amplificasse illius commoda, et hujus incommoda.

a) Subintelligitur intra limites justitiae.

## II.

*Dubia Authoris Systematis Anti-Philosophici de Origine Civitatis referuntur.*

---

### §. 9.

*R e f e r u n t u r.*

**E**xposita origine et fine societatum civilium, tum fundamento jurium et obligationum civilium, reliquum est ut argumenta referamus quibus Clar. Author Doctrinam Philosophicam de origine civitatis convellere, immo funditus subvertere conatur. Inpugnant illa partim ratiocinationem, partim

tim finem civitatis, et ad sequentia commode revocari possunt. I. Omnis ratiocinatio de origine civitatis inanis est. Origo enim haec factum est, facta vero testibus non ratione probantur; itaque dum Publicistae ex ratione eruere tentant originem civitatum aliam ac Historici ita errant ac Alchimistae relate ad Chemicos qui spem auri confiendi, ratiocinationi tanquam fundamento superstruunt. II. Fatentur ut ipsum parte aliqua patroni Systematis Philosophici, cum in factis particularibus ad historiam auditores relegant. III. Relicta via naturali historica enata est opinionum varietas, immo confusio. §. 3. pag. 9. et 10. Haec sufficienter demonstrant omnem ratiocinationem de origine civitatis esse inanem.

### §. 10.

#### *Argumenta.*

His contra ratiocinationem praemissis demonstratum pergit porro IV. Defectum securitatis in Systemate Philosophico falso supponi. Merx haec insecuritas ut Clar. Author loqui amat, neque ut axioma, neque ut postulatum admitti potest. Non ut axioma demonstrari enim deberet quando coepit? ex quo fonte? Non ut postulatum, quia insecuritas vel a passionum praedominatione, vel ab

ab indigentia originem trahit. Quorum neutrum  
admitti potest. §. 4. pag. 14. V. Etiamsi primis  
mortalibus securitas defuit, haec tamen alio modo  
quam per imperium declinari potuit a) usu rationis et  
voluntatis, b) migratione, c) resistentia. §. 5.  
pag. 17. VI. Sed neque in imperio major est se-  
curitas. Non *externa*: quid si aliud corpus civile  
aut liberum unitis aequo viribus paribus aut forte  
majoribus occurrerit, quid agendum? Non *inter-  
na* quia qui audacia et viribus fortior est, Lege  
quoque et Imperio major erit. §. 6. pag. 18 et  
19. VII. Falsum est primum regimen fuisse De-  
mocraticum §. 6 pag. 19. VIII. Falsum est ho-  
mines fuisse liberos et independentes, omnes quippe  
eorum actiones tam privatae quam publicae au-  
thoritate Patriarcharum restringebantur. §. 11 pag.  
22. Denique IX. Systemati Philosophico male conve-  
nit cum Historia Sacra et Profana §. 9 pag. 23 et  
*seq.* Haec ut puto sunt illa fundamenta quibus  
Clar. Author omnem Doctrinam Philosophicam  
de origine et fine civitatis longa Dissertatione,  
magnoque verborum adparatu in pugnare adnitus est.

### §. 11.

*Quibus.*

**Verum, nulla earum est causa, quoniam nulla  
earum, rem vi sua efficit, cuius dicitur causa.** Cic. I.

Nullus

— O —

Nullus hactenus Juris Publici Interpretum in dubium revocavit originem civitatis, quatenus res est facti pertinere ad Cognitionem Historicam. Ast in Jure Publico non quaeritur *quae Origo Civitatum ab Experientia?* Sed *quae Origo Civitatum penes omnem possibilem contradictionem et repugnantium experientiae?* Quemadmodum in Jure Naturae non quaerimus quomodo homines de facto pacta generatim et speciatim iniverint v. g. mutuum, commodatum etc. Sed ex quibus principiis oritur idea pacti? quomodo debet esse omne pactum comparatum, ut effectus juris producat? Ita etiam in Jure Publico non quaerimus quomodo societas civiles de facto sint conditae? Sed ex quibus principiis deducitur idea civitatis? Haec autem nosse quamplurimum interest, ut ex origine fines, ex finibus jura et obligationes deduci possint. Proinde si praelaudatus Author problema technicum, à problemate morali rite separasset indubie ratiocinationem de origine civitatis inter inanes speculationes et commenta non retulisset. Sed distinctione hac semel neglecta, mirum videri non debet, Clar. Authorem sibi falso repraesentatare debuisse, omnem ratiocinationem de origine civitatis esse inanem. Paritas ab Alchimistis petita, naturam argumenti mentitur. Cogitationibus potius jovialibus *bon mots*, quam argumentis adnumeran-

meranda. Chemici recentioris aetatis, qui in natura omnia composita reperierunt, possibilitatem conficiendi auri in dubium non revocant. II. Quod Juris Publici Interpretates in particularibus factis Auditores ad Historiam relegent, faciunt id: majoris claritatis causa. Non enim rectius doctrinae insinuantur, quam per exempla, quid autem jucundius quam vera exempla adducere, et secundum principia haec de illis judicare. Quis quaeso illum Juris publici Interpretem imprudentiae redarguet? qui theoriam successionis gradualis, linealis, tum agnaticae, cognaticae, et mixtae, exemplis civitatum ubi obtinent, Auditoribus illustrat? III. Varietas opinionum, minime demonstrat investigationem de origine civitatis esse inanem, aut plane superfluam. Etiam de fine societatis conjugalis, de fundamento potestatis patriae, de motu telluris etc. variae proditae sunt ab Eruditis sententiae: an non ridiculus esset, qui ex praemissis sic inferret, ergo investigatio de fine societatis conjugalis etc. est inanis. Ceterum diversae ille ab Interpretibus de origine civitatis proditae sententiae, licet variae et discrepantes sint, rite intellectae, et explicitae, inter se conspirant. Quod a Martinio in Posit. de Jur. Civ. C. I. docte traditum a Brezanocchio in Vindiciis Syst. Phil. eleganter illustratum est.

— o —  
§. 12.

## R e s p o n d e t u r.

In IV. afferit Clar. Author defectum securitatis falso supponi, deberet enim demonstrari quando coeperit? ex quo fonte? Verum in Jure publico non est opus Chronologice illud temporis momentum definire quo insecuritas sua coeperit exordia, sufficiat id nobis pro vero assumere insecuritatem in ipsa natura humana suam habere originem, suum fontem. Docent nempe Juris Publici Interpretes I. Hominem solitarium insufficientem esse se ipsum conservandi et defendendi. a) Der Mensch, allein und ohne Verbindung mit Andern kann nicht einmal die Hindernisse überwinden, die ihm die Elemente in den Weg legen, wenn er für seine ersten Bedürfnisse sorgen will. Will er den Gewässern das trocne Land abgewinnen, worauf er seine Wohnung errichten, sein Vieh weiden, und sein Korn bauen kann, so muß er ihrer Gewalt Dämme entgegen sehen, und Abfluß-Kanäle graben, die er allein nicht zu Stande bringen kann. Will er sich vor wilden Thieren schützen, so muß er sich mit seinen Nachbarn zusammentun, um ihnen gewachsen zu seyn. Docent II. Nec Societas Hypotheticas minores, ob defectum communis imperii, adversus omnem injuriarum vim hominibus plenam securitatem praestare.

stare. b) Menschen bleiben überall Menschen: einige werden aus Einfalt, andere aus Bosheit und Eigennutz dem Bürger-Bunde entgegen handeln. Auch unter aufgeklärten, oder gutartigen Menschen, wird bey der Verschiedenheit menschlicher Einsichten (quot ea, ita, tot sensus.) Uneinigkeit unvermeidlich seyn. Kein Richter ist da, der entscheiden, der fortdaurenden Gehorsam gegen die einmal genommenen Verabredungen erzwingen, der Übertretung strafen darf. Wird dadurch die Gesellschaft nicht völlig aufgelöst, und sinkt also wieder in den öden Familienstand zurück. Ex his rite inferunt ob defectum securitatis civitates suisse constitutas. Si insecuritas in Systemate Philosophico falso supponitur, quo pacto potuit Clar. Author §. 14 pag. 45 De origine Civitatis sequentia tradere: Cum collecti Patresfamilias ad turrim Babel, orta linguarum confusione, non modo propter hanc ipsam novissimum difficultatem, verum etiam propter hominum juxta habitantium nimiam multiplicationem una confistere nequivissent, Colonias sub senissimo patre in determinatas stationes dimiserunt, quae dein (Coloniae, cohortes) in certum ordinem politicum redactae sunt. Si collectis ad turrim Babel Patribusfamilias tanta fuit securitas, qnam ob causam, quem in finem Noe, Sem, Cham et Japhet Colonias in determinatas stationes dimiserunt easque

in

in certum ordinem politicum redegerunt? Ego profecto haec omnia ex defectu securitatis unice evenisse existim, nisi quis substratae materiae, aliam vim potestatemque indere velit. Facteamur igitur Vir Clarissime, id quod verum est, tam in Systemate Philosophico, quam in Historico defectum securitatis, tam ut postulatum quam ut axioma sustineri posse, immo debere. V. Projectata media §. 5. pag. 17 securitati hominum neutiquam consulunt: *Non usus rectae rationis et voluntatis*, urget quidem recta ratio implementum officiorum, studium tamen propriae utilitatis, multorum conscientia dormiens sunt totidem fontes violandorum praceptorum rectae rationis. Et ut praeclare observatum est ab Eberhardo pag. 19. Wenn ein jeder sich aller Bekleidung seiner Brüder aus Achtung gegen ihre Rechte enthielte; wenn er seine Pflicht aus innerem Gefühl der Pflicht beobachtete: so hätten die Menschen nicht nöthig zum Schutze ihrer Rechte ihre Kräfte zu vereinigen, und zu dem Ende in Gesellschaft mit einander zu treffen. *Non migratione*: quo quaeso jure possessor ab occupata regione deturbabitur? Si migratio pro universali medio depellendae insecuritatis inter homines singulares et gentes statuatur, tunc ne gentes, ne homines sylguli ullo unquam tempore securitate possessionum sua-

rum fruentur; quam facile non reperietur praetextus possessorem ob insecuritatem e fede amoeniori, aut secundiore depellendi. Non *resistentia*; quis quaeso hominum tantis viribus physicis praeditus est, ut aduersus omnem injuriarum vim sibi plenaria securitatem praestare possit? VI. Possibile est ut gentes vicinae noceant, ast nocenthe illico? Possibile est ut nonnullorum audacia leges et imperium spernat, ergone nulla in civitate securitas? Ex mere particularibus nihil sequitur, et a possibilitate ad existentiam non valet argumentatio, sunt notae Logicorum regulae. Si sub Imperio Civili nulla est securitas, qualem ab Imperio Patriarchali sperare licet? Imperium Civile exercetur ab homine in homines, Imperium Patriarchale aequa ab homine in homines. Sub Imperio Civili metuenda sunt vicina imperia, sed et sub Imperio Patriarchali metuendi sunt vicini Patriarchae. Sub Imperio civili qui audacia et viribus fortior est, Lege quoque et Imperio major erit, sed et in Norma Patriarchali idem metuendum est. Exemplo sint Abraham et Lot. Gen. XIII. 7. Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Dixit erga Abram ad Lot: Ne quaeso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos et tuos: Fratres enim sumus. Denique si sub imperio majori securitate homines

nes non fruuntur, qua ratione potuit Clar. Author pag. 53 tradere: *Observata Norma Patriarchali Pax, quies, securitas major est*, et pag. 59: *Denique in idea Civitatis Historica stat sua etiam securitas, major sane quam in Systemate Philosophico.* Ita ergo qui securitatem civitatum tantopere traducere amat, solus fatetur finem civitatum esse securitatem et sibi contradicit. VII. Quodnam regimen civile primum fuerit? facile possit cognosci si nobis documenta Historica inde ab origine conditarum civitatum superessent. Sed ita Historiae nos deserunt, et conjecturae primorum mortaliū consilia et fata vix affequuntur. Sed et in deductione jurium et obligationum socialium cīvilium prorsus non interest scire quodnam primum regimen civile fuerit. Sufficiat id nobis pro indubitate principio assumere, quod in omni civitate debeat adesse regimen civile independens et sumnum, cui ex parte subditorum correlata sit obligatio parendi. Ceterum qui conjecturas sequi amat legat ea quae Perillustris Consiliarius a Sonnenfels, *Handbuch der inneren Staatsverwaltung I.* B. pag. 34 de praesenti objecto docte differuit. VIII Ex eo quod actiones privatae et publicae Authoritate Patriarcharum restrictae fuerint, necdum inferri potest: homines nunquam fuisse liberos. Existimat quippe Clar. Author; libertatem cum

subjectione erga leges sociales nullo pacto conciliari posse. Sed ignotum esse non potest, homines per ingressum in societatem, libertatem naturalem permittare cum sociali, hoc est: retinere sibi jus omnia ea agendi quae legibus socialibus sunt praecpta, et ea omittendi quae sunt vetita, aut ex actionibus pluribus socialiter indifferentibus hanc vel illam eligendi. Haec subjectio erga leges sociales non est servitus, sed jus. Neque per hanc subjectionem tollitur notio libertatis; quemadmodum omnipotentia Dei propterea non suffertur quod Deus ea tantum facere possit quae possibilia sunt, ita nec notio libertatis socialis suffertur, quod socii tantum ea possint quae velle debent, et ea non possint quae nolle debent. Quod si autem respectus societatem erga se invicem habeatur, illas utique a se invicem independentes esse, omnes norunt, quibus theoria societatum nota est. Exemplo sint hodiernae gentes quae in statu naturali aequalitatis et libertatis inter se vivunt. IX. Placita Historiarum de Origine civitatis in principia Juris Publici nullum habent influxum, non agitur enim de factis, sed de juribus et obligationibus naturalibus omnium civitatum. Die Staaten-Geschichte kann zwar nach dem Staatsrechte beurtheilet werden, aber sie kann nimmermehr die Erkenntnis-Gründe, oder die Principien des Staatsrechts

rechts liefern. Jakob Philosophische Rechtslehre pag. 388.

- a) Eberhard über Staatsverfassungen p. 13.
- b) Schlözer Staats-Gelahrtheit pag. 72.

### III.

*Systema Patriarchale examini subjicitur.*

---

#### §. 13.

*Origo Civitatis ex mente Clar. Authoris.*

**R**eliquum nunc est, ut originem civitatis ex mente Clar. Authoris referamus. Repetitis originem Civitatum e longe speciosiori facto, ac faciunt Patroni Systematis Philosophici in suo ratiocinio. Originem primis omnibus civitatibus dedere Patriarchae. Quam thesim §. 14 sequentibus explicatiorem reddit: Cum collecti Patresfamilias ad turrim Babel, orta linguarum confusione, non modo propter hanc ipsum novissimam difficultatem, verum etiam propter hominum juxta habitantium nimium multiplicationem una consistere nequivissent. Noe, Sem, Cham et Japhet numerosissimos jam suos descend-

descendentes in diversas et determinatas ab invicem stationes dimiserunt, praeposito cuivis Coloniae patre senissimo. Patres hi, partim judicio naturali, partim ex circumstantiis enascentibus cohortes suas in certum ordinem politicum redegerunt, et cum spatia assignata ex majore velociorique impopulatione angustari ceperunt partes aliquae congregationis avulsae, et rursum sub senissimo patre, in alia vacua loca, certis rursum limitibus definita, transiunctae fuerunt. Ita viventibus adhuc Patriarchis usque, a. m. 2000 et amplius copiosi admodum populi, gentes, nationes ortum suum habuerunt. A morte Patriarcharum, ex usu jam 600 facile annorum, sequentes Generationes eandem impopulandi orbis methodum tenuerunt.

### §. 14.

*Placita Philosophica de Origine Civitatis non labefactat.*

A fine meo longe aberrarem si in Historicam de origine civitatis controversiam me imitterem. Utrum omnes in Historiis notae civitates proposita methodo ortae sint? Utrum omnes civitates hujus universi actu existentes genealogiae ortum suum a Semo, Chamo, et Japheto trahant? videant Historicci. Ceterum pergratam rem praestitisset Clar. Author orbi eruditio, si una genealogiam

giam omnium civitatum actu exstantium usque  
primum hominem Adamum texuisset. Demonstrat-  
tum est a me supra non esse in Jure publico  
quaestionem quomodo civitates de facto ortae  
sint, sed quomodo oriri debuerint? Causam et  
finem constitutarum civitatum vidimus esse securi-  
tatem, modum vero quo civitates constituuntur  
esse pactum unionis, subjectionis, et ordina-  
tionis civilis. Fundamentum istud cui consti-  
tutio omnis civitatis innititur a Clar. Authore  
inpugnatur et una ridicule traducitur: Um-  
brae inquit sunt, et non res ostendatur enim ubi  
et quando homines talia pacts fabricaveri. Auspium  
segreges patresfamilias reperire est, qui per pacta  
ratiocinando, commoda et incommoda, libertatis et  
securitatis aequilibrando, prima vel posteriora regna  
fundarint. Nihil igitur est stultius concludit verbis  
Baylli, quam ratiocinari contra facta. Sed bona  
venia, stultum non est de factis iudicare. Etiam si  
nullum documentum originarii pacti socialis re-  
monstrari possit, etiam si nulla civitas de facto ita  
orta sit ac docet Jus Publicum, haec tamen omnia  
principia Juris Publici minime feriunt. Idea quippe  
pacti unionis si quaeratur de eo *quid juris sit?*  
*aut quid juris esse debeat?* habet suam realitatem. Est  
quippe idea moralis, et qua talis indubie habet  
suam realitatem, quemadmodum omnes ideae mo-  
rales

rales rationis. Consistit autem haec idea originarii pacti in eo : quod demonstret modum seu illum actum quo : omnes et singuli suae libertati naturali renunciant, et universi in membra magnae illius societatis nempe civitatis cooptantur. Omnes quidem civitates debuissent hoc modo constitui. Sed hominum culpa constitutae non sunt. Nihilominus omnes civitates actu exstantes juxta ideam pacti unionis consistere debent. Die Idee eines ursprünglichen Vertrags liegt also aller Konstitution und Gesetzgebung zum Grunde. Man bedarf zu ihrer Gültigkeit nicht eines Fakts, oder eines Dokumentes, sondern sie ist in jeder menschlichen Vernunft enthalten, und muß das Prinzip der Gründung, Einrichtung, und Erhaltung jedes Gemeinwesens seyn. Diese trunk philosophische Urt. über das Privat- und öffentliche Recht pag. 276.

### §. 15.

*Ex illa iura Majestatica explicari posse.*

Positioni de Origine Civitatis laudatus Author et illam tribui vim : *Jura Majestatica proniorem capere explicationem ex Systemate Historico atque ex Philosophico.* Hoc ut praefitet dupli utitur argumento particulari uno generali altero. Particulare singularia recenset iura quae ex Systemate Patriar-

triarchali longe facilius intelligi et explicari possunt. I. Ex Systemate Patriarchali intelligitur praestantia formae regiminis Monarchicae §. 17 pag. 47. II. Difficile est explicatu in Systemate Philosophico quanam ratione ex pacto inter aequales ex spe securitatis, ex beneplacito antenatorum posteri obligari valeant. pag. 48. III. Non intelligitur in forma regiminis Aristocratica, quantus huic vel illi Aristae gradus potestatis competit? An et quantum et cui liceat resistere. pag. 48. IV. Jus vitae et necis ex sacris literis longe melius intelligitur. pag. 49. Haec in particulari. Jam quaerit generaliter. V. Quod validum assignari possit movens, urgensque fundamentum praestandae obedientiae illi, quaecunque, et sub quacunque specie existat, potestati, qualis in civitate existere debet. An Lex? hac more Advocatorum, in omnem sensum trahi potest. An pactum? sed et illud in sensu Systematis Philosophici populus fecit, quisque igitur vel legem suspendere potest, vel se eidem subtrahere, vel resistere etiam, si transgressor poena infligenda sit. pag. 51. VI. Quia gustus est saeculi omnia potius ex rei natura, quam ex sacris literis probare, hinc non mirum quod in Civitatibus Monarchicis positi Doctores omnia Jura Imperantibus in subditos liberalissime concedant, dum ē contra

contra qui respublicas colunt, nihil horum iisdem admittant. pag. 52. Tolleretur autem omnis contentio, concludit Clar. Author. Si modo persuasum habeamus, Imperantes Patriarcharum esse Successores, aut certe imagines. Si prae illa artificiali libertatis naturalis cessione ex causa securitatis param exploratae, ingeneretur hominibus idea regnantes hodiernos repraesentare veteres numerosae familiae Patriarchas eorumque vice fungi. a) Tum vero maxime intelligetur potestas esse a Deo, Servitus, Dominatus, si in regnuntibus respiciantur veteret Patriarchae, jus parentale etc. etc. pag. 48, 49, et 50.

a) Liceat propositum Systema Patriarchale nominare. Originem suam debet Roberto Filmero I. C. Anglo. Edidit Filmerus anno 1665 celebre suum opus lingua Anglicā scriptum: Patriarcha, or from the natural power of Königs; in quo omnem potestatem, juraque Imperii Civilis a Patriarchis repetit Item 1679. Observations de origine dominii contra Hobbium, Miltonem, Grotium etc. Oxonii. Placuit et Authori nostro Systema Filmeri jam pridem oblivioni traditum, orbi eruditō pro vero proponere.

— ○ —

### §. 16.

*O m n i n o F a l s u m e s t.*

Ex omnibus his in medium prolatis et acuto ingenio excoctis argumentis, necdum nobis Clar. Author fidem faciet: Jura Mæstatica proniorem capere explicationem ex Systemate Historicō. Jura Imperii generatim mensuram capiunt ex imperii notione, et sine societatis, ergo euam Jura Mæstatica, id est illa quæ est notione Majestatis intelligi et explicari possunt, in Systemate Philosophico mensuram suam accipiunt ex communi Imperii notione, tum ex societatis civilis fine; quamobrem se ad ea extendunt omnia sine quibus, nec sociatam dirigere multitudinem, nec ejus salutem liceret efficere. Ex hinc manat illa in deductione jurium mæstaticorum summe utilis et necessaria argumentatio: *Hoc illudve jus ad obtinendum finem civitatis est necessarium, ergo Imperanti competit. Obligatio enim ad finem inseparabilis est ab jure ad media.* In Systemate e converso Historicō tradit Author: *in regnantibus respiciendos esse veteres Paariarchas, jus parentale etc.* ex qua propositione fundamentali omnia jura mæstatica prono fluere alveo arbitratur, quod omnino falsum est. Imperium quippe civile et jus parentale, tam ratione suae originis, quam jurium, tum finis, inter se adeo distincta esse, omnes non sunt,

runt, qui vel a limine prima principia Juris Naturalis salutarunt. Qua igitur ratione, Jura imperii civilis, ex idea imperii parentalis deduci et intelligi possint prorsus non concipio. Quid quod similitudo imperii civilis, cum imperio parentalium, nec securitati Imperantium, nec populorum consulat, eapropter eandem in jure publico sedulo vitandam esse invictis argumentis demonstratum dedere Sonnenfels et Tiefstrunk. a) Sed et in factis Patriarcharum nihil prorsus talis quid reperitur, quod subditi spectandum, aut moderni regnantes immitandum haberent. Quod ipsum eleganter explicitum dedit Brezanoczius, in Vind. Syst. Phil. pag. 43. Percurramus jam singula. I. Patroni Systematis Philosophici non ignorant, quantum regimen monarchicum praeceteris formis regiminum emineat, quia sciunt jurium majesticorum usum, tunc tantum optime explicari posse, si ea omnia in uno subjecto concentrata sint. Sed et illi Interpretes quibus regimen populare p[re]a monarchico arridet praeminentiam formae regiminis monarchiae in dubium non revocant. b) II. Concesserim in Systemate Historico difficile esse explicatu quomodo antenati posteros obligare possint. In Systemate Philosophico docent Juris Publici Doctores societatem civilem esse perpetuam, primae-  
viumque pactum unionis, pro posteris quoque esse obli-

obligatorium. Necesitas quippe juribus suis secure utendi et fruendi, coagit homines ut in societates civiles concederent, eadem ergo necesitas quae homines consociavit, eadem eosdem unitos conservare debet, et quia a natura humana inseparabilis est, debet quoque aequali vi in omnes agere. Praesummi itaque non potest de Civibus, quod qui inde a nativitate sua securitatem reperierunt, ab eadem se liberare voluerint, sed civitas potius jure optimo a civibus suis implementum officiorum socialium praetendit. c) III. In forma regiminis Aristocratica, imperium civile residet penes collegium Aristocraticum qua personam moralem, singuli Aristae seorsim sumti sunt subditi. Evenire potest ut singulis Aristis peculiaria concedantur jura, sed cum haec ex natura et essentia civitatis aristocraticae non intelligantur, ex pactis utique fundamentalibus cuiusvis Civitatis Aristocraticae aestimari debent. Omne imperium civile est independentes, sumnum, inviolabile et sanctum ergo et imperium aristocraticum, sub nullo imperio competit civibus jus resistendi, ergo nec populo sub imperio aristocratico constituto. IV. Negari non potest de jure vitae et necis plurimas intercessisse disceptationes. Causa harum dissensionum inde repetenda est, quod Interpretes fontem et principium hujus juris penitus ignoraverint, hinc

factum

factum est ut nonnulli hoc jus imperio civili penitus abnegaverint uti *Beccaria*, alii e converso jus hoc tam magnum, nonnisi e sacris literis intelligi posse existimaverint et existiment adhucdum uti *Clar. Author.* Ast temporibus nosuis de jure vitae et necis nulla est amplius disceptatio. Jus vitae et necis civitas habet ex dupli fundamento: tum ob praestantiam salutis publicae; tum ob jus laesaæ reipublicae in laudentem quemcunque. *V.* Ex natura et essentia imperii civilis tum finis civitatis, oritur obligatio praestandi obsequium imperio civili. Imperans ci. ilis gaudet jure dirigendi actiones suorum civium ad finem civitatis obtinendum, huic juri perfecto imperantis, debet esse correlata obligatio parendi ex parte subditorum, securus imperium civile omni effectu destitueretur. Obligatio ista praestandi obsequium imperio civili est necessaria et essentialis ita, ut absque obsequio nulla civitas concipi, multo minus subsistere possit. Et quoniam lex naturae, ejusque auctor Deus praecipit civitates, ideo recte docent Juris Publici Interpretes, cives non modo in foro externo, sed et in foro interno, seu conscientiae, ad parendum obstringi. Sed lex tradit *Author* potest more Advocaterum in omnem sensum trahi, et pactum fecit populus, quod suspendere immo tollere potest. Ast inanes hae sunt argutiae, et non res,

res, quae inexpertos fallunt. Pari enim jure possumus dicere, etiam Lex Patriarchalis in omnem sensum trahi potest, quod ergo erit sufficiens fundatum praestandi obsequium Regi vices Patriarchae fungenti? Linquamus igitur nugas et fatemur quod verum est: Ein Staat, der in einen so unglücklichen Zustand gediehen ist, daß die Untertanen keinen Gehorsam leisten, kann gar nicht ferner als eine bürgerliche Verfassung angesehen werden. Es ist eine unselige Anarchie, die unglaublich schädlicher ist, als wenn die Menschen im Stande der natürlichen Freyheit, ohne allen Schein einer bürgerlichen Verfassung leben. *Justi Natur und Wesen d. Staaten* pag. 306. Denique docent Juris Publici Interpretes pacta semel inita sancte esse servanda, eaque unilateraliter rescindi non posse. Proinde axioma illud: in populi esse arbitrio, pactum sociale aut suspendere, aut tollere, in communi Legislatione Civitatum sustineri nullo modo potest: subvertit illud quippe omnem finem civitatis, suffert moralitatem, tollit socialitatem, ipsamque civitatum existentiam delet et extinguit. VI. Gustus est Saeculi omnia ex rei natura potius, quam ex sacris literis demonstrare, illa sci' icet quae ex ipsa rerum natura intelligi, et unice per rationem cognosci possunt. Principia Juris Publici ex natura et essentia civitatis deducuntur, igitur me-

dio rectae rationis cognoscuntur et explicantur. Sacer Codex Jura Imperantium Civilium qua talium, et jura civium nusquam declarat. Christus Dominus Fundator Ecclesiae Christianae jura Imperantium Civilium non auxit quidem, sed nec diminuit, voluit potius ea reddi Caesari, quae sunt Caesaris, et Deo, quae sunt Dei. Dum autem Clar. Author assertit Juris Publici Interpretes in Civitatibus Monarchicis omnia jura Imperantibus in subditos largiter tribuere, in Civitatibus vero Democraticis omnia denegare, insigniter omnino errat: *Jus Publicum universale exhibet jura et obligationes imperantium et subditorum ex natura civitatis profluentia*; nulla igitur ratione assequi possum, quo pacto Juris Publici Interpretes in Civitatibus Monarchicis positi plus jurium possint imperio monarchico tribuere, et Respublicas collentes eadem jura Imperio Democratico negare. Natura et essentia civitatum est omnibus eadem et aequalis, ergo et jura imperii civilis debent esse in omnibus civitatibus eadem et aequalia, sive populi forma regiminis monarchica, sive aristocratica, sive democratica regantur.

a) Sonnenfels Handbuch der inneren Staatsverwaltung pag. 41. Kein uneigentlich angewandter Ausdruck hat die unbegrenzte Gewalt, und die Anmassungen der Unterdrückung

ckung stärker begünstigt, als die zum Vor-  
bilde hingestellte Ehlichkeit der Fürsten-Ges-  
walt mit der väterlichen: und nie waren  
zwey Gegenstände dem Ursprunge, den Rech-  
ten, dem Zwecke nach wesentlicher unterschie-  
den. Ich will nur eine Verschiedenheit an-  
führen, und die übrigen dem Nachdenken  
ihrer Leser überlassen. Der Vater ist vor dem  
Sohne da, giebt dem Sohne das Daseyn.  
Die Nation ist immer vor dem Fürsten vor-  
handen, der Fürst erhält sein Daseyn von  
der Nation. Da also Sohn und Vater durch  
die Kasualität stets untrennbare Begriffe  
sind, so sind hingegen Nationen wohl ohne  
Fürsten, aber Fürsten ohne Nationen nicht  
einmal denkbar. Hauptfächlich ist dieses  
Gleichniß für die Regenten selbst zu bedenk-  
lich u. s. w. Tiefrunk phil. Unt. über  
das Privat- und öffentl. Recht pag. 199.  
Wie sollte es der Souverain anfangen, da-  
mit er allen, nach der unendlichen Verschie-  
denheit ihrer Wünsche, der Zufälligkeit und  
Veränderlichkeit ihrer Neigungen und Be-  
dürfnisse ein Genüge thäte? Hätte er aber  
die Beseligung der Untertanen zum Zwecke,  
so könnte jeder von ihm seine Wohlfahrt  
fordern, und jeder Unglückliche dürfte, eben  
weil er sich unglücklich findet, eine Klage  
führen. Nun ist es wohl in der Macht des  
Souverains, jedem sein Recht wiederaufzunehmen  
zu lassen; aber nicht jedem sein Glück zuzu-  
führen,

führen, das so verschieden ist, als es verschiedene Individua giebt.

b) Man liest bey Herodot, in einem Bruchstücke des Dio Cassius, und aus ihnen bey mehreren späteren Schriftstellern (wie in Marmonrels Belisar) die gegenseitigen Vortheile und Nachtheile der Regierungsformen erwogen. Jedoch vereinigen sich die Schriftsteller insgemein darüber, daß nur die monarchische Regierungsform grossen Staaten angemessen ist. Wenn Aristoteles bey den Lobsprüchen, mit welchen er die monarchische Regierung über die Aristokratie und Demokratie erhebt, von den Levellern dieser Seiten beschuldiget wird, seinem Schüler Alexander Weihrauch gestreuet zu haben, so kann ihnen doch aus der Feder Rousseaus folgende Schilderung von den Vorzügen der Monarchie nicht als Schmeicheley, oder Übertreibung verdächtig scheinen. „Gerade im Wieder-Spiele mit andern Regierungsformen, wo ein Gesamtwesen ein Einzelnes vorstellet, wird in dieser (der Monarchie) ein Einzelnes das Gesamtwesen vorgestellet dergestalt, daß die moralische Einheit, die den Regenten macht, zugleich eine physische Einheit ist, in welcher alle Kräfte, die das Geseß bey andern mit so vieler Bemühung verbindet, sich natürlich von selbst vereinigt finden. So sagt der Wille des Volkes, und der Wille des Regenten, und die öffentliche Gewalt des Staats“

Staates, und die besondere Gewalt der Regierung derselben Bewegungskraft zu; alle Triebfedera der Maschine sind in einer Hand; es giebt keine sich entgegen stehenden Bewegungen, die sich wechselseitig zerstören, und man kann keine Verfassung denken, wo mit weniger Kraft eine beträchtlichere Wirkung hervorgebracht würde. Archimedes, der ruhig am Gestade sitzt, und unbemüht ein grosses Schiff stößt macht, ist mir das Bild eines geschickten Monarchen, der aus seinem Kabinete seine weitläufigen Staaten beherrscht, und selbst scheinbar unbeweglich, alles in Bewegung setzt.“ Contr. Social. 3. B. I. L. Sonnenfels Handbuch der inneren Staatsverwaltung I. B. pag. 50.

c) Die Frage ist: Kann ein Geschlecht die künftigen Geschlechtsfolgen durch den Vertrag, wodurch es die Souveränität übertragen hat, binden? Man kann diese Frage um sie deutlicher zu machen, umlehren, man kann fragen: Darf ein künftiges Geschlecht den Vertrag, den seine Vorfahren in seinem Namen gemacht haben, nach Willkür wieder aufheben? Dieses Recht würden die Kinder von dem Augenblicke an genießen, da sie es ausüben könnten; und da das menschliche Geschlecht durch Absterben und Geburten beständig erneuert wird: so würde unaufhörlich eine Stimmenmehrheit möglich seyn, die die Regierungsform und die ganze Verfas-

sung des Staates umstossen könnte. Ja da der gesellschaftliche Vertrag nicht mehr verpflichtende Kraft für die Nachkommen haben könnte, als der Unterwerfungsvertrag, und der letztere zur Erreichung des Zweckes des Erstern hat müssen eingegangen werden: so würde nicht allein ohne Unterlaß alle Ruhe und Ordnung, die nur die Folge einer festen Verfassung seyn kann, zerstört, sondern auch das ganze Band der bürgerlichen Gesellschaft aufgelöst werden, und die Nation in alle Greuel des Naturstandes zurück sinken können. Würden die Nachfolgenden ihren Vorgängern es danken, daß sie ihnen ein so schreckliches Geschenk gemacht hätten, und würden sie den Muth haben, die zerrüttete Ordnung, wenn sie auch sogleich könnten, wieder herzustellen, da sie wissen, daß sie das nächste Jahr von neuen kann zerstört werden? Müssen sie also nicht wollen, daß sich die vorhergehenden und nachfolgenden Geschlechter an einen Vertrag halten, von dessen Dauerhaftigkeit die fortchreitende Vollkommenheit der bürgerlichen Gesellschaft abhängt und müssen sie nicht eine Verbindlichkeit anerkennen, die ihre Vorfahren in ihren Namen zu ihren wesentlichen Wohl übernommen haben: eine Verbindlichkeit, ohne die kein Fortschreiten in der Vollkommenheit, ja nicht einmal Sicherheit des Lebens und des Eigenthums möglich ist?

Eberhard über Staatsverfassungen p. 109.

## §. 17.

*Nonnihil de Inventoribus Systematis Philosophici.*

Ultimis tandem §§. Dissertationis Clar. Author, in originem Systematis Philosophici inquirit. Omnemque disquisitionem suam suspicionibus et conjecturis unice superstruit, quod ipsum ingenue § 22. confitetur. *Suspiciones ajo et conjecturas, ne ultra Lector cogitata mea extendat, atque ipse velim.* Respicit autem omnis conjecturarum et suspicionum vis: partim personas quae Systema Philosophicum invenerunt, partim tempora Status Europae quibus traditum est, denique effectus et consectaria doctrinae. I. *Hugo Grotius fundamentum posuit principiis Juris Naturae.* Hujus dogmata promovit et percoluit Samuel L. B. a Puffendorf. Ab his Duum viris quid boni profici potuit? unus quippe eorum religionem Calvini, alter Lutheri professus est, hae Religiones in suo systemate religionario omnem jam aequalitatem instituerunt, cum Hyerarchiam omnem sustulerunt. §. 23. Foventes similes suspiciones, jam dudum de meliori edocuit celeber. aevi nostri Consiliarius a Lakics Jur. Publ. Eccles. P. G. Edit. Vien. 1774. pag. 221. *Cave, ne, si erroneum dicas omne, quidquid a Protestante scriptum est, idque ideo, quia scriptum est a Protestante, eveniat tibi, quod multis*

acci-

accidisse memini, ut Te ridendum saviter prudenter exhibeas. Qui autem in Historia Literaria Juris versati sunt, scient procul dubio jam Graecos, et Romanos Philosophos disquisitiones de civitate et formis regiminum instituisse. *Plato*, *Aristoteles*, *Theophrastus*, *Isoocrates*, *Cicero*, *Salustius*, sunt totidem documenta. Sed et ante tempora Grotii, jam *Raimundus a Sabunde*, *Hemingius*, *Winkelius*; de Jure naturae bene merit isunt. Omnis igitur gloria quae Grotium et Puffendorfium manet est, quod ille fundator Juris Gentium, hic autem restaurator Juris Naturae ab Interpretibus jure optimo salutetur. Si dogmata Grotii et Puffendorfii tantopere tranquillitati et felicitati civitatum obsunt, quo jure in omnibus Civitatibus Europaeis tolerantur? si autem securitati civitatum magis prosunt; quam obsunt, si cives placidos et obsequii amantes reddunt quo jure eadem condemnabimus? II. Oboritur Authori suspicio aetatis, qua scripta Grotii et Puffendorfii in lucem publicam prodiere: *Omnia quippe arsere tunc desiderio libertatis, persecutione Dominorum inde a Belgio per Angliam, Germaniam, Bohemiam, Polonię, Hungarię, etc.* §. 24. Sed ex eo quod infelibus illis Europae temporibus scripta Grotii et Puffendorfii lucem publicam aspexerint, prorsus non video qua ratione inferri possit; Libros

Gro.

Grotii et Puffendorfii statui publico Civitatum esse periculosos. Demonstrari enim deberet ~~deputata~~ horum Duumvirorum immediatam causam omnium malorum, quibuscum tunc Civitates Europeae coluerabantur existisse, quod cum demonstrari non poslit, quem in finem inanes conjecturas et vagas suspiciones sectainur? Quod ipsum a Brezanocchio in Vind. Syst. Phil. pag. 62. egregie evictum est.

III. Effectus doctrinae quod attinet, generaliter tenendum est: nullam esse rem tam sanctam, sacram, et religiosam qua homines abusi non fuissent. Quid ergo mirum si videamus Interpretes, Gentes, immo plane homines, in hujus juris provincia hospites et peregrinos principiis Juris Publici abuti. Quid mirum! Si neque tempora nostra ab hac culpa vacua sint: Es haben sich teste Schlözer Staatsgelahrtheit Vorrede. S. IX. in unsern Tagen, Advokaten, Ärzte, Kaufleute, Bierbrauer — alle (wie man wohlzugeben kann) Genien, jeder in seinem resp. Fache, untersangen, Welten, oder wenigstens Königreiche und Kurfürstenthümer umzuformen. Sed positane est causa horum malorum in ipsa scientia Juris Publici Universalis? An diesen Schaden ist die Wissenschaft nicht Schuld docet Schaumann wissenschaftliches Naturrecht §. 100. Nur einseitige, uneingeweihte, mit dem Geist und den Principien der Wissenschaft ganz unbekannte sich so nenn-

— ○ —

nennende Freunde, oder gar Lehrer derselben, können ihn sifien, und haben ihn leider! hie und da — unter dem gemäßbrauchten Namen: „Verteidiger der Rechte der Menschheit“ durch Ausbreitung ocholatrischer Maximen, die freylich nichts anders, als bürgerliche und moralische Zügellosigkeit, Irreligiosität, und endlich Pöbeltyranney zur Folge haben konnten, und durch unvorsichtige Popularisirung esoterischer Wahrheiten — aus Unverstand und unkritischer Schwärmerey, oder aus niedrigem Eigennuss und Bosheit wirklich gestiftet. Der eingeweihte Kenner der erhaberen Wissenschaft sieht diesen Unsug frivoler Feinde der menschlichen Ruhe und Ordnung mit Unwillen; denn er kehrt von dem Studium derselben mit der festgegrundeten Überzeugung von diesen Wahrheiten zurück:

I. Die bürgerliche Gesellschaft ist zur Ruhe und Glückseligkeit, und moralischer Kultur des Menschen die nothwendige Bedingung.

II. Die Aufhebung des Unterschieds der Stände ist physisch und rechtlich unmöglich.

III. Die Thronen der Fürsten werden und müssen ewig stehen.

Et haec sunt quae de Origine Civitatis ex mente Juris Publici Universalis scribenda habui. Sicubi erravi: *Homo sum, humani nihil a me alienum puto.* a) Hoc errore doctrinae loco utar; sic quidem qui peccaverit, eum errore suo imposterum doctrinae loco uti, viri boni et cordati est. b)

a) Terent. b) Plutarch.

